

*Z veselim glasom oznanjujte in naj se sliši, aleluja;
oznanjujte do kraja zemlje:
Gospod je odrešil svoje ljudstvo, aleluja, aleluja.
(Ps 65,1.2, vstopni spev)*

PETA NEDELJA PO VÉLIKI NOČI

DOMINICA QUINTA POST PASCHA



Sveta maša po Rimskem misalu sv. Janeza XXIII.

BAZILIKA ŽALOSTNE MATERE BOŽJE
CISTERCIJANSKA OPATIJA STIČNA



22. maj 2022

INTROITUS

Isai. 48, 20

Vocem iucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, allelúia, allelúia.

Ps. 65, 1-2

Ÿ. Iubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini eius: date glóriam laudi eius.

Ÿ. Glória Patri.

VSTOPNI SPEV

Iz 48,20

Z veselim glasom oznanjujte in naj se sliši, aleluja; oznanjujte do kraja zemlje: Gospod je odrešil svoje ljudstvo, aleluja, aleluja.

Ps 65,1.2

Ÿ. Vzklikaj Bogu, vsa zemlja, slavo pojte njegovemu imenu, proslavljajte njegovo hvalo.

Ÿ. Slava Očetu.

ORATIO

Orémus.

Deus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplicibus tuis: ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt; et, te gubernánte, éadem faciámus.

Per Dominum.

ZBIRNA MOLITEV

Molimo.

O Bog, ki od tebe izhaja vse dobro, dai nam, te ponižno prosimo, da bomo po tvojem navdihovanju mislili, kar je prav, in pod tvojim vodstvom to tudi izvrševali.

Po Gospodu.

LECTIO

Iac 1, 22-27

Léctio Epístolæ beáti Iacóbi Apóstoli.

Caríssimi: Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum: falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi et non factor: hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suæ in spéculo: considerávit enim se et ábiit, et statim oblítus est, qualis fúerit. Qui autem perspéxerit in legem perfectam libertátis et permánerit in ea, non audítor oblivíosus factus, sed factor óperis: hic beátus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiósus esse, non refrénans linguam suam, sed sedúcens cor suum, huius vana est relígio. Relígio munda et immaculáta apud Deum et Patrem hæc est: Visitáre pupíllos et viduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre ab hoc sæculo.

BERILO

Berilo iz lista sv. apostola Jakoba.

Preljubi! Bodite vršitelji besede in ne le poslušalci, ki bi sami sebe varali. Zakaj če je kdo poslušalec besede, pa ne vršitelj, je podoben človeku, kateri je lastni obraz gledal v zrcalu; pogledal se je namreč, pa šel in takoj pozabil, kakšen je bil. Kdor pa dobro pogleda v popolno postavo svobode in vstraja ter ne postane pozabljiv poslušalec, ampak vršitelj dela, ta bo po svojem delu blažen. Če kdo misli, da je pobožen, pa ne brzda svojega jezika, ampak vara svoje srce, je njegova pobožnost prazna. Čista in neomadeževana pobožnost pred Bogom in Očetom je to: obiskovati sirote in vdove v njih stiske in se ohraniti neomadeževanega od tega sveta.

Jak 1,22-27

ALLELUIA

Allelúia, allelúia.

✠. Surrexit Christus, et illúxit nobis, quos rédemit sánguine suo.

Allelúia.

✠. Exívi a Patre, et veni in mundum: íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem.

Allelúia.

Ioann. 16, 28

ALELUJA

Aleluja, aleluja.

✠. Kristus je vstal in se prikazal nam, ki nas je odkupil s svojo krvjo.

Aleluja.

✠. Izšel sem iz Očeta in prišel na svet; zopet zapuščam svet in grem k Očetu.

Jn 16,28

Aleluja.

EVANGELIUM

Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Ioánnem

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: Amen, amen, dico vobis: si quid petíeritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Usque modo non petístis quidquam in nómine meo: Pétite, et accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum. Hæc in provérbiis locútus sum vobis. Venit hora, cum iam non in provérbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiábo vobis. In illo die in nómine meo petétis: et non dico vobis, quia ego rogábo Patrem de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, et credidístis quia ego a Deo exívi. Exívi a Patre et veni in mundum: íterum relínquo mundum et vado ad Patrem. Dicunt ei discípuli eius: Ecce, nunc palam loquéris et provérbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis ómnia et non opus est tibi, ut quis te intérriget: in hoc crédimus, quia a Deo exísti.

Io. 16, 23-30

EVANGELIJ

Iz svetega evangelija po Janezu.

Tisti čas je rekel Jezus svojim učencem: »Resnično, resnično, povem vam: Ako boste Očeta kaj prosili v mojem imenu, vam bo dal. Doslej niste ničesar prosili v mojem imenu. Prosite in boste prejeli, da bo vaše veselje popolno. To sem vam govoril v prilikah; pride pa ura, ko vam ne bom več govoril v prilikah, ampak vam bom očitno oznanjal o Očetu. Tisti čas boste prosili v mojem imenu in vam ne pravim, da bom jaz prosil Očeta za vas; zakaj Oče sam vas ljubi, ker vi mene ljubite in verujete, da sem prišel od Boga. Izšel sem iz Očeta in prišel na svet; zopet zapuščam svet in grem k Očetu.« — »Glej,« mu rekó njegovi učenci, »zdaj očitno govoriš in ne pripoveduješ nobene prilike. Zdaj vemo, da vse veš in ne potrebuješ, da bi te kdo vpraševal. Zato verujemo, da si izšel od Boga.«

Jn 16,23-30



OFFERTORIUM

Ps 65, 8-9 et 20

Benedícite, gentes, Dóminum, Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis eius: qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commovéri pedes meos: benedíctus Dóminus, qui non amóvit deprecatiónem meam et misericórdiam suam a me, allelúia.

SECRETA

Súscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiόνibus hostiárum: ut, per hæc piæ devotiónis offícia, ad coeléstem glóriam transeámus.

Per Dóminum.

PRÆFATIO

Prefatio paschalis

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírиту tuo.

℣. Sursum corda.

℟. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro.

℟. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum die gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus cumque omni milítia coeléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

DAROVANJSKI SPEV

Ps 65, 8, 9, 20

Slavite, narodi, Gospoda, našega Boga; razglašajte njegovo hvalo. On je dal moji duši življenje in ni pustil, da bi se mi opotekale noge. Hvaljen Gospod, ki ni zavrgel moje molitve in mi ni odtegnil svojega usmiljenja, aleluja.

MOLITEV NAD DAROVI

Sprejmi, prosimo, Gospod, s prinesenimi darovi tudi prošnje vernikov, da po tem opraviilu ljubeče vdanosti pridemo nekoč v nebeško slavo.

Po Gospodu.

HVALOSPEV

Velikonočni hvalospev

℣. Gospod z vami.

℟. In s tvojim duhom.

℣. Kvišku srca.

℟. Imamo jih pri Gospodu.

℣. Zahvalimo se Gospodu, našemu Bogu.

℟. Spodobi se in pravično je.

Res se spodobi in je pravično, primerno in zveličavno, da tebe, Gospod, v vsakem času, posebno pa ta dan, slovesneje hvalimo, ko je bilo darovano naše velikonočno Jagnje, Kristus. Zakaj on je pravo Jagnje, ki je odvzelo grehe sveta, ki je s svojo smrtjo uničilo našo smrt in nam s svojim vstajenjem obnovilo življenje. — In zato je z angeli in nadangeli, s prestoli in gospostvi ter z vso množico nebeške vojske prepevamo hvalnico tvojemu veličastvu, brez konca govoreč:

CONFITEOR

Confíteor Deo omnipoténti, | beátæ
Mariæ semper Vírgini, | beáto Michaéli
Archángelo, | beáto Ioánni Baptístæ,
| sánc̃tis Apóstolis Petro et Paulo, |
óm̃nibus Sanctis, et tibi, pater: | quia
peccávi nimis cogitatióne, | verbo et
ópere: | mea culpa, | mea culpa, | mea
máxima culpa. |

Ideo precor beátam Maríam semper
Vírginem, | beátum Michaélem
Archángelum, | beátum Ioánnem
Baptístam, | sanctos Apóstolos Petrum
et Paulum, | omnes Sanctos, et te pater,
| oráre pro me ad Dóminum Deum
nostrum.

IZPOVED

Izpovem se Bogu vsemogočnemu, |
blaženi Mariji, vedno Devici, | blaženemu
Mihaelu nadangelu, | blaženemu Janezu
Krstniku, | svetima apostoloma Petru in
Pavlu, | vsem svetnikom in tebi, oče, | da
sem veliko grešil | v mislih, v besedah in
dejanjih: | žal mi je, | žal mi je, | zelo mi je
žal. |

Zato prosim blaženo Marijo, vedno
Devico, | blaženega Mihaela nadangela,
| blaženega Janeza Krstnika, | sveta
apostola Petra in Pavla, | vse svetnike in
tebe, oče, | molite zame pri Gospodu,
našem Bogu.

COMMUNIO

Ps 95, 2

Cantáte Dómino, allelúia: cantáte
Dómino et benedícite nomen eius: bene
nuntiáte de die in diem salutáre eius,
allelúia, allelúia.

OBHAJILNI SPEV

Ps 95, 2

Pojte Gospodu, aleluja, pojte Gospodu
in slavite njegovo ime: dan na dan glasno
oznanjajte njegovo zveličanje, aleluja,
aleluja.

POSTCOMMUNIO

Orémus.

Tríbe nobis, Dómine, cæléstis mensæ
virtúte satiátis: et desideráre, quæ recta
sunt, et desideráta percípere.
Per Dóminum.

MOLITEV PO OBHAJILU

Molimo.

Podeli nam, Gospod, ko si nas nasitil z
močjo nebeške hrane, da bomo želeli, kar
je prav, in dosegli, kar želimo.
Po Gospodu.

Latinska besedila: *Missale Romanum: Ex decreto SS. Concilii Tridentini restitutum summorum Pontificum cura recognitum* (Editio typica). (1962).

Oblikovanje: ZAVOD ZA CERKVENO GLASBO

